q

gibus eis mos erat. censen
tes licitum honestumque esse
palam cum uxore concum
bere. quia coniugium licitum
publice .i. predicantes agen
dum. ut canes in viis uel
platheis. Vnde et a canibus quia ce
uitatem imitabantur etiam
uocabulum nomenque traxe
runt. Crisis grece latine
dicitur secretum .i. iudicium.
et aurum. a crisis quod est se
cretum et apos quod est de .di
citur compositum apocriphus.
.i. occultus et secretus. quasi

Apo.

Co.

Como. mis. compsi. comp
tum .i. ornare. uel plana
re. Vnde comptus. ta. tum. et
inde hic et hec comis. et hoc come .i.
suauis. uel curialis. uel facetus.
In factis comis etiam in di
ctis. Et comparatur. cior. simus.
Vnde comiter. nius. sime
aduerbium. Et hec comitas .i.
curialitas. suauitas. Item
a comis hec coma. me. proprie ca
pilli mulierum a coman
do. sicut cesaries uirorum a ce
dendo. uel coma dicitur proprie
non lesi capilli. et est nomen
grecum. Vnde comatus. ta.
tum. comas habens. Et hec

comptus et lasciuus comus
tue tecta non uideant. Et
hec comata. te. ornatrix coma
rum. Et hec cometa quedam
stella crinita et emittens
de se radios flammarum ad mo
dum crinium. et semper quando
apparet significat mortem
uel mutationem alicuius prin
cipis. uel alicuius patrie destru
ctionem. et semper dirigit ra
dios suos ad illam partem que
minatur. Quidam tamen
dicunt quod non est stella sed
quedam nubes ignea cla
ritate accensa quod magis
credimus. Et inuenitur si
militer hec cometes. tis. uel te.
Et inde hoc comicium .i.

Comi.

tempus in quo consules
eligebantur. uel introniza
bantur. et etiam ipsa elec
tio uel intronizatio dicitur
comicium uel sollempni
tas que ibi tunc fiebat.
et conuentus totius populi
et locus in quo fiebat dicitur
comitium. quasi coitum. quia
totus populus ad electionem
et ad intronizationem con
sulum conueniebat. Sed
ethimologia potius quam deri
uatio. Vnde comicus uel

c

rebant. Quidam etiam per ti
more repulse timentes repel
li. Et conicio. as. conicium
celebrare et eligere uel intro
nizare. vel in conicio loqui.
Cima. Item a coma hec cima. me.
quasi coma. s. summitas o
leruum uel arborum. Item a
Coma. coma Como. mas. verbum
actiuum. i. adornare. unde
comatores dicuntur argen
tunsores. quia de sordida
massa lucidum comant ar
gentum. Comare etiam
inuenitur pro frondere. Item
Come. a come hic comes. tis. dux
uel princeps. quod et pro socio
dicitur. hic et hec comes. tis. a
commeo. mas. sicut postea di
cetur. Et a comes hec comi
tissa. se. Et hic comiticulus.
Comi. li. Et hic comitellus. li. di.
Et hoc comicium. i. placitum
quod multi comites faciunt.
Vide ergo significationem
istius vocabuli comicium et
discerne eius originem. Et
inde conicio. as. comicium ce
lebrare. uel in comicio loqui.
Item a comes hic comita
tus. tus. tui. i. comitis digni
tas uel terra. Como et ab
eo composita sunt actiua et

quia nubium collectio quasi con
tinens aquas ex quibus uide
tur compositum. Conculina
marina belua. cuius sanguine
tingitur purpura. Conus Con.
. ni. summitas galee uel cur
uatura que super galeam po
nitur super quam sunt cristo
a conon grece quod dicitur latine
acuta. uel alta rotunditas.
Vnde et conus dicitur figura
que ab amplo incipit et in
acutum finit. sicut othogo
nium. Et inde hec conoides Conoi.
dicitur umbra que ab am
plo incipit et in acutum ten
dit. Conniueo. ues. conni Com.
ui. uel connixi et caret supino
. i. oculos claudere uel palpe
bras iungere et ponitur se
pe pro assentire. quia clau
sio oculorum assensum signi
ficat. Vnde dicitur conni
uencia capituli hoc factum est.
. i. assensu. et componitur a
con et nix. quia nix aciem o
culorum perstringit. albedo. n.
disgregat uisum et producit pd.
. ni. Conus dicitur cupressus Con.
quia caput eius a rotun
ditate in acumen erigitur.
Et fructus eius similiter co
nus. quia mittat ...

cich. Dicit q(uod) Raptere cleptere est.
vnde hic et hec cleps. vel cleps.
pis. i. fur. Et cleptus. ta. tum.
i. furatus passiue. quod et
per grillosso dicitur. Et hec clepse
dra. dre. i. tonellus qui obdit
foramen dolij. quia per illum
aliquis furatur liquorem.
Et uidetur esse compositum
a clepo et ydor. quod est aqua si
ue liquor. Vnde quidam di
cunt clepsedra penultima
producta. et per y. quasi clepens
ydor. Sed potius uidetur ethi
mologia quam compositio. Sed
siue sit ethimologia siue
compositio dicendum est
clepsedra penultima correc
ta. et per e. Item clepsedra di
citur quoddam instrumentum
quod intromittitur in dolium
per foramen superius causa
furandi vinum. Item clep
sedra dicitur instrumentum
illud per quod hore colligun
tur. s. horologium. Vnde clep
sedrarij dicuntur qui illas
vel per illas horas colligunt.
Clepsedre etiam dicuntur
vasa perforata que habebant
philosophi ad dimetiendam quantita
tem. Vnde ayax in sua actio

autem dicatur clipeus. quasi
clepens soma. i. furans corpus
subtrahendo illud ab ictibus.
ethimologia est non compositio.
Sed clipeus melius deriuabitur
postea a clueo. is. Clepo cum
suis compositis si qua habet
actiuum est. Item a cle
po et stercus componitur hoc
clistere. ris. Quod et hoc cliste
rium inuenitur. s. instru
mentum medicorum quo ster
cus in ventre infirmi pre
duratum faciunt exire sic
dictum. quia clepat stercus.
Vel dicitur sic quasi cullus
stercoris. quia per ipsum colatur
stercus extrinsecus. Vel dicitur
sic a cleo quod est inclinari et
stercus. quia stercus faciat
inclinari. i. deponi. Cle
ros grece latine dicitur sors.
vel hereditas. Vnde hic clero
nomus. mi. i. heres. Et hec
cleronomia. mie. i. hereditas.
Et hic clerus. ri. multitudo
clericorum. quasi hereditari
us. vel sortitus. quia sit
sortitus deo. i. de sorte domini.
Vel quia deum partem ha
beat. Vnde clericus. ci. Di
cuntur tamen clerici ec

legimus ordinatum. Unde
hec clericitas . tis . Et hec clericino
nia . nie . in eodem sensu . Et
hic clericatus . tus . tui . Et
hic et hec clericalis et hoc clericale .
Unde clericaliter adverbium .
Et hec clericalitas . tis . =
Clion . ontis . quidam philo
sophus sapiens et fortis et
nobilis . Unde cleontinus .
. na . num . i . nobilis baro
nicus . Unde sydonius . Cle
ontina segete panis confe
ctus dabitur ei . Creber .
. a . um . i . densus . Sed creber
dicitur de multitudine . ut
creber parietes circuit hanc
domum . i . multi parietes .
Densum est quod visu
penetrabile non est . ut e
bur . licet tenue . Spissum
quod non est tenue . Et
comparatur . brior . rimus .
. Unde crebre . brius . rime .
adverbium . Et inde crebreo .
. bres . bruit . quod caret su
pino . i . esse vel fieri crebrum .
Unde crebresco . cis . Incho .
Item a creber hoc cribrum
secundum quosdam . quia
sit crebro perforatum . Sed
melius dicitur a cirro ut

Creb.

Crib.

cremare etiam est cruciare
re . Unde hoc cremium . mii .
. i . siccatura lignorum vel frix
orium in patena . Et eti
am quod remanet in patella
ardium de carnibus post pin
guedinem liquefactum . ar
dium dicitur cremium .
Unde propheta . Ossa mea sicut
cremium aruerunt . Et
hoc cremium sacrificium
et holocaustum dicebatur .
Et per compositionem thu
ricremium . i . in censarium
quia in eo crematur thus .
Item a cremo hec cremes .
. tis . vel mis . nomen perso
ne . introducte in come
dia . Quia cremabat sy
monem denegando filiam
suam filio illius . Et secundum
hoc caret aspiratione . Si
vero habet aspirationem
non est tunc nomen lati
num . Hec derivatur a cre
mo . mas . Cremo com
ponitur Concremo . mas .
Et est activum cum om
nibus suis compositis . Et
corripit hanc sillabam . cre . Corr.
Creos grece latine di Creo.
citur caro . Unde per com

Asp.

Co.

.i. carnes vorans. Dicitur
enim carnes vorare sed ossa
reservare et eis incubare. quod
nichil aliud est nisi quod cem(n)e-
terius dicitur terra. que car-
nes mortuorum consumit et
ossa consumere non potest.
Cre Item a creos creo. as. proprie
creare est aliquid de ni-
chilo facere. Sed facere est
ex preiacenti materia ta-
men ponitur creare pro
facere et econverso. Unde
creatores dicuntur parentes
Crem. Et hoc crementum. ti.
semen virile. Unde Josephus
in primo. Crementum ad li-
bidinem sui potius emi-
trunt in corpore. Cremen-
tum etiam dicitur a cres-
co et tunc tantum valet
quantum incrementum.
Unde cremento. tas. i.
crescere vel spermatizare.
Cer. Item a creo hec ceres.
dea frugum. Et sepe poni-
tur pro ipso frumento. Et
dicitur sic quia melior sit
terra opere. et proserpina.
quia ex ea serpant fruges
et vesca. Et quare postea
dicetur. Unde hic et hec cere-
alis. et hoc cereale. Et hoc
cerealium. lis. locus ubi
panis et cibus paratur. Et
cerritus. ta. tum. id est insipien(s)
ta. Brito. sic si diceretur cere-
putaretur a cera. Et dicitur

cerritus qui habet frumentum
vel infirmus. quia quan-
do sacerdotes cereris ei sacri-
ficabant. vel ad sacrificia
ibant solebant insanire.
vel dicatur cerritus furiosus
qui cerebrum habet com-
motum. Creo componitur
Concreo. as. i. simul crea-
re. Et est activum cum om-
nibus suis compositis. Item
a creo vel creos hec caro. car-
nis. Vel caro dicitur quia
cara est. Et est caro ex quatuor
elementis composita et
compacta. Nam terram in
carne est. aer in alitu. hu-
mor in sanguine. Ignis
in calore vitali. Et caro
proprie dicitur que vivit.
cadaver postquam non vivit.
Sed iam largius utimur is-
to vocabulo caro. Item pro-
prie iam de consuetudine
nostra caro intelligitur
de corpore vel de sanguine
et carne Christi. et ideo causa
differentie utimur plu-
ralitate illius nominis pro
carnibus quibus utimur. Vel
caro cruda. carnes cocte.
Vel caro humana. quelibet
alie carnes. s. porcine. vel
alie et a caro hec carnicula. le Carn
Et hec carnicula. le. dimi.
Unde varro. Cum vir potius
homo quam carnicula nostra est.
Et carneus. a. um. quod est

c

ex carne vel pingu[illegible]
[illegible]
[illegible] ub; apla
[illegible] nosus. sa. sum.
.i. crassus. Et compat^ur. Unde
h' carnositas. i. crassitudo.

Carn. Item a caro hic et h' carnalis
et hoc carnale. i. carneum. l'
q' sequitur fragilitatem car
nis. s. fragile q' ptinet ad c^a
nem. Unde carnalit^er adubi
um. Et h' carnalitas. tis.
Item a caro hoc carnarium
rii. i. locus ubi carnes repo
nuntur. Et p componem
carnulentus. ta. tum. a car
ne et lentos greco. quod sig
nificat plenitudinem. i. ple
nus carnib; s. pinguis. Et
compatur. Unde h' carnu
lentia. tie. i. crassitudo.
Carnifico. cas. i. facere car
nes. ul' interficere. ul' lace
rare. Unde tibalia. Et hic et
hec carnifex. cis. i. homici
da. ul' macellator. Et hinc
hoc carnificium. cij. eius
officium ul' actus. Et hec
carnificina. ne. e locus ubi
fiunt carnes. i. macellum.

Cori. Item a caro hoc corium
quia carnem tegat. Vel q2
a carne ex^c trahatur. Unde h'
coriolum. li. dim. Et cori

Corri. osus. sa. sum. i. corio uestit^us.
Et h' corrigia. gie. vel a col
ligo. gis. quasi colligia. Un
de hec corrigiola. le. dim.

[illegible]
[illegible] corrigias facere vel
corrigiis ligare. Et e actiuum
cum omnib; suis composi
tis. Item a corium h' coria Cori.
rie. vas olearium quia fit
ex corio. Item a corio hic
et h' cortex. cis. quia corio lig Cort.
num tegat. Unde et uidetur
componi. s; potius e ethi
mologia q^m compositio.
Corticem antiqui vocabant
coricem. Unde hic corticellus.
li. Et corticulus. li. amb^o di
minutiua. Et cortico. cas. i.
in corticem mittere. Vel cor
tice aptare. Item a corium
h' cortina. q^a prius ex coriis
et pellib; fuerunt facte ut i
tabernaculo. Cortina etiam
dicebatur olim locus inte
plo apollinis ubi dabant^ur
responsa. Vel potius mensa
in templo appollinis sup
quam stabat phebus qui
dicebat oracula. et dicebat^ur
sic cortina quia corio phi
tonis erat tecta. Vel corti
na quasi certina. quia cer
ta ibi dabantur responsa.
Vel cortina quasi cordina
quia ibi hominum teneba
tur corda. Vel dicebatur cor
tina locus ille. quia ibi ob
scura et incerta q^u dam ne
bula. q^u si q^u dam cortina ob
uoluta dabant^ur Responsa.

Nº 3.

Quaq.

[illegible] per gallos [illegible]
prenuncios. Decta matu
tinum inter aduentū auro
re & abceſſum tenebrarum. Sep
timum diluculum cum in
cipit diei parua lux item &
aurora poſtea iterum crepuſ
culum. Crepudium .i. cuna
bulum. quia in eo puer cre
De. pat .i. ſonat vagiendo. De
crepitus. ta. tum .i. valde ſenex
quaſi deorſum a crepore. quia
iam deſiit crepare .i. ſonare.
Con. ſ. aperte loqui. Concrepo. pas.
Dis. .i. ſonare. Diſcrepo. pas. i. diſ
ſonare. Diſcordare. Diſtare.
In. Increpo. pas. i. redarguere. Repre
hendere. Vituperare. Omnia
Corr. compoſita a crepo. pis. corri
piunt hanc ſillabam. cre.
Cre. Creta. te. quoddam genus
albe terre. vel quod melius est
creta. te. quedam inſula eſt
in qua nutritus fuit Jupiter.
hec primum a temperie celi
macareſon dicta eſt. Deinde
creta dicta eſt a quodam cre
te indigena. Cretus & creſſus
& cretenſis. in eodem ſenſu. &
hec creta. te. genus albe terre. ſ.
argilla. quia nulla inſula
melior habundat creta cimo
lia candidior eſt a qua nea ẏm
lie inſula dicta. Vnde cretoſus
. ſa. ſum. habundans creta.
Et creteus. a. um. quod est de
creta. Crementum. ti. i. creſ

[illegible] unde [illegible]
[illegible] craſ
[illegible] ſa. ſum. i. pinguis. [illegible]
Ole. pluſquam pinguis eſt. Craſſu
lentus. ta. tum. i. plenus craſ
ſitie. Craſſo. ſas. i. craſſum fa Ex.
cere. vel craſſare idem eſt quod vi
olenter agere. Vnde craſſeo. ſes.
ſui. i. craſſum eſſe uel fieri. Et
hinc craſſeſco. cis. Vnde illud.
Sermo craſſeſcit quod fit duobus
modis. vel cum ſuperhabundat
uel ſuper ingroſſatur & deficit a
ſubtilitate. vel cum inflatur
ad altum ſtilum. Concraſ Con.
ſo. ſas. i. ſimul craſſare. Decraſ De.
ſo. ſas. i. valde incraſſare uel
impinguare. vel macrum fa
cere. quod & diſcraſſo. ſas dicitur.
Accreſco. cis. i. aliquid uel a Ac.
licui creſcere. Concreſco. cis. Con.
.i. coaleſcere. coagulari. com
miſceri. Conglobari. Conge
lari creſcendo. Vnde cretus. a. Cre.
tum. participium. i. coagula
tus vel commixtus creſcendo. uel
ſimul concretus. Vnde concreti.
Coagulatim. Conglobatim.
Decreſco. cis. i. minui. quod & De.
Diſcreſco inuenitur. Excreſ Dis.
co. cis. quaſi extra creſcere. uel Ex.
valde creſcere. Excrementum
quod excreſcit. Increſco. cis. In.
.i. valde uel tedium ingerere.
Recreſco. cis. i. iterum creſ Re.
cere uel latenter uel rurſum
creſcere. Cliue grece latine Cl.
dicitur lectus & uertitur in

N. 3

lat[...] [...] et dicitur triclinius.
ui. [...]nitas .a. qui de lectis do
m[...] descendit et p[re]ficitur pal
ti[...]s. Et h[ec] clinica .ce. in eodem
sensu. Triclinium .nij. i. do
mus trina sessione communi
cum ordinata. Solebant enim
antiqui in clinis comedere.
et tres ordines lectorum compo
nere in uno quorum comedebant
dominus et domina. In secundo fa
milia. in tertio hospites. et talis
domus dicebatur triclinium.
Unde per compositionem archi
triclinus. princeps sedentium
et conuiuantium in tali do
mo. Clino .nas. inflectere.
Curuare ad lectum. sed non est
in usu. Diuersiclinium.
.nij. i. locus ubi diuerse uie
coniunguntur. quia illuc diuer
se uie acclinantur. uel quia il
lic uia inclinatur ad diuersa
quod aliter grece dicitur hoc ethocli
tum. Item ethoclita siue diuer
si clinia dicuntur quedam nomina
in arte grammatica quasi ad di
uersa se inclinantia .s. que
inclinant se ad diuersas decli
nationes in diuersis casibus
ut Iupiter. Iouis. uel ad diuer
sas significationes. uel diuersa
genera in diuersis numeris.
Ut uesper .ri. uel uesper .ris. celum.
.li. Unde priscianus in libro
constructionum. Itaque etho
clita et diuersa clinia necessa
rio consequentur. Aliquis no

minatiuus aptus genitiuo
ex quo reliquae significatio
nes tam casuum quam nume
rorum redduntur. Et nota quod in e
odem sensu inuenitur hic
et hoc diuersiclinus et hec .ne. Ac
clino .nas. ad se uel ad aliquid
flectere. Acclinis et acclinus .a. .um.
in eodem sensu. Et hoc accli
natorium. i. locus in quo ac
clinari et requiescere possimus.
Uel super quod acclinamur.
Uel culcitra uel puluinar.
Declino .nas. de uno loco ad
alium deorsum inclinare uel
uariare. Declinatus .ta. .tum.
quod declinatur. uel declina
ri potest. Interclino .nas. i.
inter aliqua clinare. Re
clinatorium. locus aptus
ad reclinandum. uel id super quod
reclinamus. Clino et om
nia ab eo composita producunt
hanc sillabam cli. Clisce. i.
distingere. Licella homus
equorum. Clicerinus lacus in
ungria. Cinnio .dis. seda
men urine. uel corruptio que
fit ex cruditate humoris. uel
pinguedine. seu uentositate.
Cristabia augures celi. astro
logi. mathematici. Cris
po .pas. crispum facere. uel con
cutere. uibrare. iaculari.
Cinia heretici ab inmunditia
impudentie nuncupati. con
humanam enim uerecondiam
in propatulo coire cum coniu

Margin notes (left): Cri · Chr. · Cli. · Di
Margin notes (right): Ac · Ac · De · In · Re · Re · ps · Clis · Li · Cli · Cri · hug · pap